

DOCUMENTACION MONASTICA EN EL «TUMBO C» DE LA CATEDRAL DE SANTIAGO

JOSE IGNACIO FERNANDEZ DE VIANA

Una de las pretensiones que tiene la Diplomática es editar correctamente las fuentes documentales en colecciones completas según criterios diferentes, bien por el origen de su autor, bien por su destinatario, bien por depósitos documentales, bien por copias existentes en cartularios. Cualquiera de los sistemas es válido e incluso pueden darse algunos mixtos (editar un cartulario y completarlo con documentos sueltos del período al que corresponde los que aquél incluye, desgajar de un fondo institucional los particulares y añadirle los que se refieren a él incluidos en el de otra institución, etc.). La única condición que debe privar es la de la corrección y adaptarse al máximo a las normas recomendadas por el «Comité Internacional de Diplomática»¹. Los problemas pueden plantearse únicamente cuando se trata de documentos escritos en lengua vernácula en los que el desarrollo de los signos abreviativos o su mantenimiento puede plantear diversidades de interpretación para el filólogo. Podríamos poner innumerables ejemplos con una variopinta casuística en la que a veces se cae en una serie de vicios que hacen que casi haya que hacer una transcripción sobre lo publicado, so pena de no enterarse el lector de lo que allí pone².

Hoy nos proponemos aquí dar una serie de documentos inéditos agrupados por una temática común, la monástica, esto es, que el otorgante o el destinatario sea el miembro de una comunidad de esa calidad, masculina o femenina, benedictina, cisterciense o de canónigos regulares, e incluso de órdenes mendicantes, en concreto dominicos. Otra característica común es que se trata de

1. *Normes internationales pour l'édition des documents médiévaux*, en «Folia Caesaraugustana.1», Zaragoza, 1984, págs. 11-64.

2. Un ejemplo claro de como no debe publicarse la documentación medieval es la que nos dan J.J. ALVES DIAS, A.H. DE OLIVEIRA MARQUES y T.F. RODRIGUES en su *Album de Paleografia*, Lisboa, 1987, a pesar de que su pretensión sea «sobretudo didáctico» y «ensinar a ler e a transcreever documentos em português». La espléndida monografía del P. AVELINO DE JESUS DA COSTA, *Normas gerais de transcrição e publicacção de documentos e textos medievais e modernos*. Braga, 1982², aparece en este nuevo álbum de paleografía portuguesa minusvalorada, a pesar de las emponzoñadas palabras laudatorias que el autor de la «Introdução» dedica al mejor paleógrafo y diplomata portugués de la actualidad. La nueva norma que paladina OLIVEIRA MARQUES está totalmente en contradicción con las antedichas *Normes Internationales* en las que BAUTIER señala con claridad que «le texte doit, en outre, être rendu intelligible par la résolution des abréviations, l'emploi d'une ponctuation, de majuscules et, si cela est nécessaire, d'alinéas» (pág. 16).

copias simples realizadas en el siglo XIV en el «Tumbo C» de la catedral de Santiago, institución que casi siempre, bien en la figura del arzobispo, bien en la de alguien ligado al cabildo, aparece como otorgante o destinatario³.

También están ligados por ser desconocidos casi totalmente por los investigadores; sus citas son escasísimas, y éstas, cómo no, en la obra de LOPEZ FERREIRO, quien además publica otros dos de la misma temática en la misma fuente⁴. Unase que, en algunos casos, sólo conocíamos la existencia de algunos de los monasterios, de los que aquí se tiene más que una siempre cita, por su simple nombre en confirmaciones papales o en testamentos, generalmente de nobles, en los que se dejaba una limosna a todo tipo de instituciones eclesiásticas, y justificase, si hay voluntad para ello, y buena (si la hay mala toda posible justificación es inútil), la utilidad de esta publicación.

Desde 1169 hasta 1313 vemos desfilar trece instituciones monásticas, once de ellas de la diócesis de Compostela (Sobrado dos Monxes, Bribes, Arnois, Seavia, Carbia, Caaveiro, Armenteira, Cornado) de las que dos estuvieron y están en el propio municipio compostelano (Bonaval y San Martín Pinario) y otra era de diferente ayuntamiento, aunque hoy lo es de la capital gallega (Conxo) y dos de otras, de Orense (Bóveda) y Tui (Oia). De tres de ellas han sido publicados, parcialmente, sus documentos, Sobrado, Bonaval y Bóveda⁵; de las demás hay estudios con colecciones documentales más o menos completas, pero inéditas (San Martín Pinario y Caaveiro) o la ignorancia, unida a los errores.

Pero vayamos por partes. Total silencio sobre Arnois, Carbia, Conxo y Cornado, en el plano documental procedente de los cenobios, y escasísimas referencias a Seavia y Armenteira⁶. Quizá un caso especial lo constituya el de Conxo. Gracias a «La Compostelana» sabemos de su fundación por ese hombre

3. Sobre el «Tumbo C», cfr., F. LOPEZ ALSINA, *Los Tumbos de Compostela. Tipologías de los manuscritos y fuentes documentales*, en *Los Tumbos de Compostela*, Madrid, 1985, págs. 27-41, in specie págs. 35-37, y M.C. DIAZ Y DIAZ, *Los antiguos tumbos de Santiago*, en *ibídem*, págs. 11-24, in specie págs. 21-22.

4. Otros dos documentos de instituciones monásticas en el «Tumbo C», los publica en *Historia Catedral*, vol. 4, Santiago, 1901, apéndice XXXIII, y vol. 5, Santiago, 1902, apéndice XXXII.

5. Sobre Sobrado, fundamentalmente *Tumbos del monasterio de Sobrado de los Monjes*, edición de P. LOSCERTALES DE GARCIA DE VALDEAVELLANO, Madrid, 1976, y M.C. PALLARES MENDEZ, *El monasterio de Sobrado: un ejemplo del protagonismo monástico en la Galicia medieval*, La Coruña, 1979, con amplia Bibliografía. Sobre Bonaval, C. MANSO PORTO, *El Códice Medieval de Santo Domingo de Santiago*, en «Archivo Dominicano», 3 (1982), págs. 155-162 y años siguientes. Sobre Bóveda, E. DURO PEÑA, *El monasterio de San Miguel de Bóveda*, en «Archivos Leoneses», XXXI (1977), págs. 107-179.

6. M. LUCAS ALVAREZ, *San Mamed de Seavia, monasterio benedictino en la tierra de Bergantiños (Galicia), anexo de San Payo de Antealtares*, en «Homenaje a Don José María Lacarra de Miguel», vol. IV, Zaragoza, 1977, págs. 329-343. J.C. VALLE PEREZ, *El monasterio de Armenteira*, Pontevedra, 1977 (separata de «El Museo de Pontevedra», XXXI); B. DUARTE, *Historia del monasterio de Armenteira*, edición de F. BOUZA BREY, en «Compostellanum», VI (1961), págs. 233-284.

tan discutido y enigmático, el arzobispo Diego Gelmírez⁷. Luego, la niebla rodea ese espacio monástico que ha pasado de monjas negras a, probablemente, una parroquia rural dependiente de la Mitra (no tenemos ningún dato actualmente que nos lo atestigüe) y, a convento de Mercedarios y parroquia suburbana. De cualquier forma parece una elucubración totalmente carente de base el afirmar que fue de monjas negras, esto es Benedictinas, que se anexionaron a San Paio de Antealtares cuando en él se creó una comunidad femenina bajo la Regla de San Benito⁸.

El contenido específico de cada documento puede prestarse a las más diversas interpretaciones, mejor aprovechamientos. La topografía de la ciudad de Compostela y sus alrededores puede cobrar algunas piezas en la enmarañada, para los legos, estructura diplomática de estos testimonios. También podemos ver cómo en 1309 se intentaba construir el monasterio de Belvís, si no estaba ya construyéndose y, por tanto, ya fundado⁹; o, en muy pocos años, el paso del «scriptor concilii» al «notarius iuratus», con la temprana aparición del notariado en tierras compostelanas, etc.

La necesidad de poder contar con nuevos documentos medievales y la casi imposibilidad de financiación y deseo editorial de publicar las grandes colecciones documentales o los cartularios de las catedrales y monasterios hace que muchas veces nos veamos obligados los paleógrafos y diplomatas a acudir a las publicaciones periódicas (y por tanto sin ocupar excesivo espacio) para dar a conocer algunos documentos que por su importancia intrínseca o novedad no deben quedar más tiempo inéditos.

7. Cfr. *Historia Compostelana*, edición de M. SUAREZ y J. CAMPELO, Santiago, 1950, págs. LVI y CI.

8. La erección de San Paio como monasterio benedictino femenino fue el 23 de julio de 1499, cfr. G.M. COLOMBAS, *Las señoras de San Payo*, Santiago, 1980, in specie, pág. 43.

9. Sobre Belvís, cfr. A. PARDO VILLAR, *El convento de Santa María de Belvís (Apuntes históricos)*, en «Boletín de la Comisión de Monumentos, Orense», XV (1945-46), págs. 32-100 e ID., *Los dominicos en Santiago (Apuntes históricos)*. Santiago, 1953, in specie pág. 21.

DOCUMENTOS

1

1169, julio, 3.

[Sobrado dos Monxes]

El abad de Sobrado dos Monxes Egidio vende al canónigo compostelano don Pedro Pérez, llamado Cantel, una casa en la calle del Franco de Santiago, por cincuenta marcas de plata.

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tombo C-1, fol. 61 r.-v.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Scriptum quippe habemus, quia memoria temporum adhibenda sunt testimonia tam scripturarum quam testium. Eapropter ego Egidius, Dei misericordia monasterii Superati abbas, una cum conventu omnium monachorum eiusdem cenobii et omnis vox nostra, vobis domno Petro Petri, cognomento Cantel, ecclesie Beati Iacobi canonico, et omni voci vestre, pariter facimus textum scripture firmitatis et kartam vendicionis imperpetuum valituram de omni illa domo nostra in qua est solium et sotalum, hic in civitate Compostelle situm et edificatum in illa maiori rua que dicitur Francorum, prope ecclesiam Beati Iacobi loco certo, secus solium quod fuit comitisse domne Luppe a parte superiori et ab inferiori parte est congustria et est Hospitali Beati Iacobi, retro vero tenetur cum quodam solio quod fuit Marie Seguini. Hec prefata domus que est solium fuit de patre vestro domno Petro Seguini et eius uxore, matre vestra, domna Urraca Gundisalvi. Post mortem vero illorum parentum vestrorum domnus Veremundus Petri, comittis domni Petri filius, adquisivit eam et ganavit. Post multum vero temporis contigit quod prefatus domnus Veremundus in monasterio nostro religionis habitum suscepit et secum predictam domum integram nobis donavit ac iure hereditario concessit pro remedio anime sue. Hanc siquidem domum nostram integram, que est solium ac saltum, cum omnibus bonis suis, videlicet cum exitibus in publico calle et suis parietibus utrarumque partium et aquis vertentibus in giro suisque proficiis ac prestacionibus, tam intus quam extra, et aparatibus suis, omnibus vobis supradicto domno Petro ab integro vendimus ac sponte unanimiter concedimus pro precio quod a vobis recepimus, idest marchas L^m argenti, quod nobis et vobis satis complacuit, et de ipso precio apud vos nil remansit indebito ad solvendum. Ammodo igitur et deinceps prefatam domum integram sive solium, cum omnibus directuris suis, habete, possidete, vendite, donate atque ex ea omne velle vestrum facite vos et omnis vox vestra per cuncta seculorum secula. Hanc vero pecuniam supradictam quam a vobis recepimus que valde nobis erat necessaria in opere ecclesie nostre et in utilitate nostri monasterii expendimus; ideoque iam dicta domus integra iure hereditario sit vestra, ut scriptum est, imperpetuum.

Quod si nos aut aliquis potens tam de nostra parte quam de extranea, quod nullo modo fieri credendum est, contra hoc nostrum factum ad irrumpendum venerit vel venerimus, quisquis fuerit pariat vel pariamus vobis vel voci vestre illam factum duplatam vel triplatum et insuper marchas C^m et XX^{ti} argenti puri. Et hoc nostrum factum perpetua stabilitate sit mansurum.

Factum die V.^o nonas iulii, in era M.^a CC.^a VII.^a

Nos omnes pariter in hoc scripto manus nostra(+).s.

Ego Egidius, Superaddi abbas, proprio robore confirmo (+). Et frater noster Didacus Velaschez mecum confirmat; et frater Petrus Martini, cf.; et frater Petrus Pelagii, cf.; frater Pelagius de Ribeyra, cf.; frater Lupo Petri, cf.

Ego Fernandus Petri, eiusdem domni Petri Cantel frater, in hoc scriptum cf.; ego Gundisalvus Petri, eiusdem domni Petri Cantel frater, hoc scriptum cf.; ego Petrus, iudex, cfr.; ego Ramirus Pelagii, iudex, cf.; ego Bernardus Guillelmi, canonicus, cf.; magister Petrus Vacca, diaconus, cf.; ego Ordonius Petri, canonicus, subdiaconus, cf.; Petrus, dictus cardinalis ecclesie canonice en Deytera, cf.; Benedictus, diaconus, cf.; magister Petrus, cardinalis, cf.; ego Gusteus, cardinalis, cf.; Petrus Tacitus, ecclesie Beati Iacobi cardinalis, cf.; ego Iohannes Didaci, cardinalis, cf.; ego Didacus Ordonii, canonicus, cf.; ego Pelagius Gundisalvi, ecclesie Beati Iacobi cantor, cf.; ego Stephanus, archidiaconus ecclesie Beati Iacobi, cf.; ego magister Martinus, ecclesie Beati Iacobi thesaurarius, cf.; ego Fernandus, archidiaconus Mindionensis et ecclesie Beati Iacobi /ⁿ canonicus, cf.; Munio Iohannis, canonicus, diaconus, cf.; Pelagius Infans, subdiaconus, cf.; ego Iohannes Gotesri (*sic*) et ecclesie Beati Iacobi canonicus, cf.; ego magister Pelagius, canonicus, diaconus, cf.; ego Petrus Belletus, canonicus, cf.

Cotalaia, cf.; Fernandus Iohannis, cf.; Nuno Iohannis, cf.; Bernaldus Petri, cf.; Martinus Didaci, cf.; Gaufidus Desteras, cf.; Pelagius Famon, cf.; Petrus Gudestei, cf.; Petrus Ramiriz, cf.; Didacus Abbas, cf.

Petrus, ts.; Pelagius, ts.; Iohannes, ts.; Didacus, ts.; Arias, ts.; Munio, ts.; Ramirus, ts.; Froyla, ts.; Ordonius, ts.

Petrus Albus, ecclesie Beati Iacobi subdiaconus, scripsit et cf.

2

1179, febrero, 2.

[Conxo]

Pelayo Pérez y su mujer venden a la abadesa del monasterio de Conxo, Elvira, la mitad de una casa, con su horno, en la Rua do Vilar, en Santiago, por diez marcas de plata.

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tumbo C-1, fol. 123v.

Sub Christi nomine¹. Ego Pelagius Petri, dictus de Ariis, et uxor mea Marina Ordonii, cum filiis et filiabus nostris et omnis vox nostra, vobis donne Gelvire, monasterii Sancte Marie de Canogio abbatisse, et conventui sanctimonialium eidem loci conventui presencium omnique voci ecclesie, placuit nobis, uno animo unaque mente, ut faceremus vobis sicut etiam facimus textum scripture firmitatis et cartam vendicionis imperpetuum valituram de medietate unius domus cum suo forno, quam habemus in civitati Sancti Iacobi, in rua que dicitur Vallis Milvorum et Vilar, loco certo inter domum Petri Didaci Pinzam, zapatarii, et domum que fuit Martini de Lugo, quam domum nos ganavimus de Maiore Gundisalvi et eius sororibus Maria Gundisalvi et Sancia Gundisalvi et filiis earum nostro precio per cartas veridicas. Hanc siquidem mediam predictam domum, cum suo medio forno, circuitu constructa et fundata, cum² suis mediis parietibus et cum integris penalibus et exitibus utriusque partis superius in rua publica, et inferius platea que vadit ferit (*sic*) ad aliam calem inferiorem et cum omnibus suis edificiis integre et libere vendimus vobis ac sponte concedimus pro precio nobis et vobis complacuit, id est marchas X argenti, quale canonice Beati Iacobi datur, et rogo et robore quod nobis et vobis satis complacuit, et de precio apud vos nil remansit indebito ad solvendum. Deinceps ergo eandem mediam domum, cum suo medio forno et cum omni integritate sua habet et habere debet, dominium hereditario possidete vos et omnes successores vestri per cuncta secula.

1. Repetido *nomine*.

2. Repetido *cum*.

Quod si nos vel aliquis ex parte nostra vel de extranea contra hoc nostrum factum spontaneum ad irrumpendum venerit vel venerimus, quisquis fuerit pariat vobis vel voci vestre marchas XXⁱ puri argenti et quod in calumpnia miserit dupliciter componat. Et hoc nostrum factum perhenniter maneat ratum.

Facta carta vendicionis IIII^o nonas februarii, in era M.^a CC.^a XVII^a.

Qui presentes fuerunt: Petrus, ts.; Iohannes, ts.; Didacus, ts.; Sancius, ts.; Suerius, ts.; Martinus, ts.; Michael, ts.; Sesnandus, ts.

Petrus, presbiter, ecclesie Compostellane decanus, cf.; ego Pelagius, cantor, cf.; ego magister Martinus, cardinalis, capellanus, cf.; ego Iohannes Guteferi, canonicus, cf.; ego Martinus, magister scoliarum, cf.

Petrus Martini. subdiaconus, notui.

3

1179; marzo, 10.

[Conxo]

La abadesa de Conxo, doña Elvira, da al canónigo compostelano Martín Arias, la mitad de una casa, con su horno, en la Rua do Vilar de Santiago, a cambio de los derechos de agua de una corte.

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tumbo C-1, fol. 113 r.-v.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego domna Gelvira, monasterii Sancte Marie de Canogio abbatissa, una cum conventu eiusdem loci et omnis vox ecclesie nostre, vobis Martino Arie, dicto Abbatino, ecclesie Beati Iacobi canonico, vicario et domino de illa corte que fuit avi vestri domni Petri Astruarii omnique voci vestre, qui ex parte illius cortis sunt, salutem in Domino.

Notum est quod in presencia domni Petri, Compostellani archiepiscopi tercii, decani et eiusdem ecclesie canonicorum necnon multorum nobilium virorum deliberatum et firmatum fuit ut, consilio et beneplacito vestro, nos emerem[us] aliquam hereditatem aut domum pro decem marchis quas pro recuperatione illius aqueductus que nobis vendidistis, sicut in vestris scripturis sonat, dedissemus ad illam cortem que fuit avi vestri iam prenominati domni Petri Astruarii. Nunc ergo facimus vobis iamdicto Martino Arie, possidenti illam prefatam cortem, omnique voci vestre qui ex parte illius cortis, sicut textum scripture firmitatis et cartam vendicionis et commutacionis imperpetuum valituram, de quadam media domo, cum suo medio furno, quam comparavimus in Compostella de Pelagio de Ariis et de eius uxore pro X^m marchis argenti canonice, per cartam. Que domus est sita in rua qui dicitur Vallis Milvorum ex (sic) Vilar, loco certo inter domum Didaci Pinzam, zapatarii, et domum que fuit Martini de Lugo. Hanc siquidem mediam domum, cum suo medio furno, sicut est constructa et fundata, cum omnibus suis edificiis, integre et libere damus vobis ac sponte concedimus pro illo aqueducto quem nobis pro illa dedistis et commutastis, uti in nostris scripturis sepenominatis sonat, ut amodo habeamus illum a vobis et ab omni voce vestra liberum et pacificum imperpetuum. Similiter deinceps eandem mediam domum, cum suo medio furno et cum integritate sua, habete, possidete vos et omnes successores vestri et cum illa corte maneat per cuncta secula. In hoc ideo pars utraque Compostellani archiepiscopi et eius capituli desideravit asensum ut semper auctoritate et proteccionem utriusque ab utraque parte firma et stabilis habeatur vendicio et commutacio.

Quod si nos vel successores nostre aut extranee contra hoc nostrum factum spontaneum ad irrumpendum venerit vel venerimus, quisquis fuerit pariat vobis vel voci vestra marchas XXⁱ puri argenti et quod in calumpnia miserit dupliciter componat. Et hoc nostrum factum perhenniter maneat ratum.

Facta hec scriptura VI.^a idus marcii, sub era M.^a CC.^a XVII.^a.

Qui presentes fuerunt: Petrus, ts.; Iohannes, ts.; Martinus, ts.; Pelagius, ts.; Didacus, ts.; Aloytus, ts.; Munio, ts.; Oduarius, ts.

Petrus, presbiter, ecclesie Compostellane decanus, cf.; Pelagius, cantor, cf.; ego magister Martinus, cardinalis, capellanus, cf.; ego Iohannes Goteferi, canonicus, cf.; ego solarum magister, cf.

Petrus Martini, subdiaconus, notui.

4

1182, abril, 2.

[San Martín Pinario]

El abad de San Martín Pinario, Pedro, vende al canónigo compostelano Ordoño Pérez la cuarta parte del casal «Dominicum», en «Recemundi», enter O Eixo y Cacheiras, por cuatro marcas de plata.

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tumbo C-1, a) fols. 60-v. (texto incompleto) y b) 62 r.-v.³

(*christus*)⁴ In Dei nomine. Ego Petrus, monasterii Sancti Martini de Pignario abbas, una cum [omni] eiusdem monasterii conventu, vobis Ordonio Petri, ecclesie Beati Iacobi canonico, diacono, omnique voci vestre, salutem in Christo, amen. Placuit nobis, bono animo et spontanea voluntate, ut facimus⁵ vobis kartulam vendicionis sicut facimus de hereditatibus nostris quas habemus in Olegio, concurrentes ad ecclesiam Sancti Simeonis de Aonis⁶, videlicet in Recemundi, quod vocitant Kasalem Dominicum, quartam partem ipsius kasalis, quomodo est fundatum et edificatum, de quo casale Froyla Munionis, dictus de Patino, comparavit tres partes de Iohanne Nunonis, dicto Karnario, et de sorore sua Eldara Nunonis et de Omega Petri et d Iohanne Petri. Et Rabinatus Nunonis, frater eorum, ad obitum suum per veridicam mandacionem mandavit nobis aliam quartam partem ipsius casalis, quam nos dedimus de nostro dato Froile Munionis, dicto de Patino, ad tenendum in vita sua, de qua hereditate ipse dabat nobis annuatim mediam quartam vini; ad obitum vero suum nos recepimus illam quam siquidem hereditatem cum aliis hereditatibus ad eandem pertinentibus prefatus⁷ Froyla Munionis, dicto de Patino, ad obitum suum nobis reliquit, sicut in sua vera mandacione continetur, vobis supradicto [Ordonio] Petri, ecclesie Beati Iacobi canonico, diacono, ab integro vendimus, videlicet agrum de Fraia quomodo est conclusum et in circuitu vallatum, cum sua devesa et cum omnibus suis directuris eidem agro pertinentibus ubique, et quintanam de iuso, ubi ipse Froyla Munionis fecit domum et tenuit ibi Petrum Pelagii, [quod sibi ibi reliquit], et Kasalem Abbatis bene populatum, cum sua domo tegulata, kasalem etiam de Senra[m], sicut predictus Froyla Munionis tenuit et possidebit in vita sua⁸ tam de avolencia quomodo de ganancia. Has siquidem supradictas hereditates, sicut super determinate sunt, vobis vendimus pro precio quod de vobis recepimus, scilicet marcas quatuor argenti canonice et rogo et robore ad libitum⁹, et de precio apud vos nichil remansit in debita ad solvendum. Adhinc (*sic*) ipse hereditates, sicut supra determinata fuit, de nostro iure et dominio sint abrase ves-

3. La edición por b) y entre [] palabras tomadas de a).

4. Falta *Christus* en a).

5. *Faceremus* en a).

6. *I. Aoneis* en a).

7. a): *hereditatibus de avolencia et ganatia prefatus*.

8. a): *añade omnes has hereditates*.

9. a): *ad voluntatem nostram*.

troque iuri et dominio sint tradite atque confirmate, cum casis et casalibus, cum exitibus et regressus, cum montibus et devesis, cum terris cubes (*sic*) et incultis, cum omnibus generibus arborum et cum omnibus suis directuris eiusdem hereditatibus pertinentibus, tam intus quam extra, per suos terminos et loca antiqua, sicut ab antiquo [divise]¹⁰ et determinate sunt, habete illas, possidete, vendite, donate atque ex eis omne velle vestrum facite per cuncta seculorum secula, amen¹¹.

Si quis vero, quod absit, contra hoc nostrum spontaneum factum et scriptum vendicionis et confirmacionis ad irrumpendum venerit, tam nos quam alii, quisquis fuerit quantum calumpniaverit in duplo componat et insuper parti vestre marcas octo puri argenti persolvat. Et hoc scriptum vendicionis plenum robur obtineat¹².

Facta carta vendicionis et confirmacionis IIII^e nonas aprilis¹³, era M.^a CC.^a XX.^a.

Ego Petrus, monasterii Sancti Martini de Pignario abbas, una cum omni eiusdem monasterii conventu monachorum in hac karta manus nostra(+).s.

Qui presentes: Petrus, ts.; Iohannes, ts.; Pelagius, ts.¹⁴.

Ego Petrus, abbas Sancti Martini, cf.; Petrus, frater¹⁵ Sancti Martini, cf.; Martinus Vilielmiz, monachus, cf.; Petrus Vilielmiz, monachus, cf.; Petrus Folia¹⁶, cf.; Pelagius Chicus, cf.; Petrus Maurus, armarius, cf.; Martinus Petri, sacrista, cf.; [Sendericus, monachus, cf.]; Didacus Arias, cf.; Didacus Pelagii, monachus, cf.¹⁷; Fernandus Midiz, cf.; Vilielmus, monachus, cf.; Martinus Munit, cf.; Petrus Froyla, cf.¹⁸; Petrus, presbiter ecclesie Compostellane, diaconus¹⁹, cf.; magister Martinus Canelis²⁰, capellannus, cf.; [ego] Petrus Cantel, archidiaconus, cf.; [ego] Pelagius, [archidiaconus, dictus] de Lauro, cf.; ego Iohannes Gotterei, canonicus, cf.; ego Adeffonsi Petri, canonicus, cf.²¹; ego Fernandus, Míndioniensis archidiaconus, cf.

Petrus Fernandi, scriptor Compostellani concilii, scripsit et confirmo²².

5

1182, abril, 3.

[Brives]

Ante la negativa del arzobispo de Santiago a permitir a los descendientes del fundador del monasterio de Brives que intervengan en el nombramiento de abad, se reservan sólo el derecho de sepultura.

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tumbo C-1, fols. 141v.-142r.

CT.—LOPEZ FERREIRO, *H.C.*, IV, págs. 320-321. SA BRAVO, *Monacato*, I, pág. 262.

Venerabili patri ac domino Petro, Dei gratia Compostellane ecclesie archiepiscopo. Petrus, cardinalis, dictus Tauro, Ramirus Martini, clericus de Vigo, e (*sic*) milites Pelagio Ovequiz, Ovecus Ovequiz, Vela Ramiriz, Sancius Sanchiz, Petrus Martinus, Petrus Froylaz, Petrus Pe-

-
10. a) *ab inicio divise*; b) *durisset*.
 11. a) *donate et omnem voluntatem vestram de illis facite per cuncta secula*.
 12. Falta toda la sanción en a).
 13. Falta en a): *et confirmacionis . . . aprilis*.
 14. Falta en a): *Ego Petrus . . . Pelagius, ts*.
 15. a): *prior*.
 16. a): *Froylaci*.
 17. a): falta *Petrus Pelagii, monachus, cf*.
 18. a): falta *Martinus . . . Froyla, cf*.
 19. a): *decanus*. Probable buena lectura.
 20. a): *cardinalis*.
 21. a): falta *ego Iohannes . . . Petri, canonicus, cf*.
 22. a): *Petrus, clericus et notarius, cf*.

triz, Rodericus Munniz et ceteri qui in monasterio Sancti Cipriani de Brivis ius sepulture videntur habere, salutem et debite subiectionis. Obsequium monasterium supranominatum de Brivis, quod Cresconius Monniz, monachus, construisse et dotasse dignoscitur. Nos qui sumus de sanguine et posteritate Didaci Monniz et Rodesindi Monniz, qui fuerunt germani, fratres prefati fundatoris Cresconii Monniz, monachi, ante clemenciam vestram constituti suppliciter postulavimus ipsam dignitate abbacie decorari, set quia hec nostra postulacio paternitate vestre indigna visa est, quia nos iure sanguinis et propinquitatis quasi pro successione patronatus aliqua in eodem monasterio vendicare vel exigere dignoscebamur, nos ex pia devocione et libere voluntate omne illud ius quod ibi habebamus vel habere videbamus in manu vestra refutamus et refutacionis sive abnuncionis paginam communiter et unanimiter facimus ut de cetero imperpetuum liberam sit monachis illius loci nostro seu posteritatis nostre nec quesito nec expectato assensu abbatem ad ipsius monasterii regimen eligere et de manu Compostellani archiepiscopi ad serviendum Deo sub regula Beati Benedicti cum reverentia vestra vestrorumque successorum atque ecclesie Compostellane ordinatum abbatem suscipere. Et neque nos neque aliquis nostrum aut de cessione nostra in ipso monasterio quicquam hereditatis vel dominii seu etiam patronatus presumat ulterius requirere, ut autem imperpetuum hac nostra refutacio robur habeat constituimus ut si quis cetero contra hanc impedimentum aliquid attentaverit iram omnipotentis dei et Beati Iacobi eius apostoli incurrat et insuper pro temerario ausu CC^{as} puri auri libras Compostellane ecclesie et voci eiusdem monasterii persolvat. Et hec refutacionis sive abnuncionis pagina semper firma maneat.

Facta Compostelle III.º nonas aprilis, era M.ª CC.ª XX.ª, anno ab Incarnatione Domini M.º C.º LXX.º II.º.

Ego Petrus Tacitus, ecclesie Beati Iacobi cardinalis, hoc scriptum cf.; ego Ramirus Martini, clericus, cf.; ego Pelagius Ovequiz, cf.; ego Iohannes, procurator Briviensis, cf.; Ego M., monachus, cf.

Ego Petrus Albus, canonicus, diaconus, scripsi et cf.

6

1183, enero, 1.

[Conxo]

La abadesa de Conxo Urraca Martínez vende al deán Pedro [Pardo] la mitad de una casa en Santiago, por nueve marcas de plata.

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tumbo C-1, fols. 100v.-101r.

(*Christus*). In Dei nomine. Ea²³ que grato animo, nullo cogente, sed bona voluntate precedente venduntur ut imposterum fulgeant litterarum vinculis sunt alliganda. Qua propter ego Orraca Martini, monasterii Sancte Marie de Canogio abbatissa, una cum priori Maria Midici et conventu sanctimonialium ipsius monasterii et omnis vox nostra, vobis domno Petro, presbitero, Compostellane ecclesie decano, et omni voci vestre, salutem in Domino. Placuit nobis quod, puro corde et spontanea voluntate, faceremus vobis, sicut et facimus in presenti, textum scripture firmitatis et kartam vendicionis de medietate nostra integra illius domus que sita et edificata est hic in urbe Compostelle, in rua que descendit de Maiori Calle, loco certo, iuxta domum que fuit archidiaconi domni Petri Cresconii et nunc est domni Petri, archiepiscopi, tercii, et ex alia parte secus domum que fuit Pelagii, cardinali, canonici, et nunc est nete eius Marie Petri, retro vero tenetur cum muro vetusto. Quam prefatam dimidiam domum sive solia nos habuimus ex dato Marie Petri et sororis nostre, que illam suo precio comparavit de sorore

23. Era y r borrada por cancelación.

sua Orraca Petri et viro suo Petro Froila et nobis imperpetuum habitura concessit. Hanc siquidem nostram medietatem tocus iamdicte domus et soliorum integram, cum parte sua ex vicina domo transverso circa murum et cum suis exitibus in publico et suis parietibus utrarumque parcium atque aquis vertentius suisque proficuis adprestacionibus, tam intus quam extra, ab integro vendimus vobis ac sponte concedimus pro precio quod a vobis recipimus, id est marcas novem boni argenti ca[no]nice et robur placabile nobis et vobis satis ad libitum fuit, et de precio apud vos nichil remansit in debito ad solvendum. Deinceps vero eandem nostram mediam domum, cum suis soliis et sotalo, habete, possidete, vendite, donate atque quicquid vestre placuerit voluntati ex ea facite vos et omnis vox vestra per cuncta secula amen.

Quod si nos vel aliquis ex parte nostri monasterii vel aliunde contra hoc nostrum factum voluntarium ad irrumpendum venerimus vel venerint, quicumque fuerit pariant vobis vel voci vestre marcas viginti et insuper persolvam (*sic*) vobis vel voci vestre ipsam mediam domum duplatam vel triplatum seu quantum vobis fuerit meliorata. Et hoc nostrum factum perhenniter maneat firmum et ratum.

Facta vendicionis scriptura die kalendas ianuarii, era M.^a CC.^a XXI.^a.

Ego abbatisa Orraca Martini, una cum conventu et priorissa dicti monasterii, in hac carta vendicionis manus nostras.

Qui presentes fuerunt: Petrus, ts.; Iohannes, ts.; Martinus, ts.; Fernandus, ts.

Ego Martinus, diaconus, presens fuit et cf.; Martinus Vitalis, cf.; Petrus Munionis, cf.; Spaniol, cf.

Signum Urrace Martini²⁴.

Pelagius Froylaz, petrarius, cf.; Rodericus de Girantes, cf.; Arias Pato, cf.; Petrus Soprius, presbiter, cf.

Petrus Fernandi, scriptor Compostellani concilii, scripsit et cf.

1197, diciembre, 30.

[Arnois]

El arcediano de Santiago Pedro Cantel hace pacto con el monje de Arnois Fernando para que plante viñas en una «recoste», debiendo pagar al año la cuarta parte de la cosecha, descontado el diezmo a la iglesia de Arnois, y bajo otras condiciones.

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tumbo C-2, fol. 215r.-v.

In nomine Domini. Era M.^a CC.^a XXX.^a V.^a et quotum III.^o kalendas [i]anuarii. Ego Petrus Cantel, ecclesie Beati Iacobi archidiaconus, et omnis vox mea, tibi Fernando, monacho de Sancto Iuliano de Asnois, omnique voci tue, mandato domni Petri, Conpostellani archiepiscopi, seu etiam consensu decani domni Martini et tocus capituli, facio pactum et placitum atque convenientiam firmissimam in mille solidos roboratam et in perpetuum valituram ita quod ego do tibi licentiam et omnibus que vineas plantare et laborare voluerint in illo recoste quod iacet super illam veygam de Asnois, tali pacto quod plantetis et laboretis vineas in ipso predicto recoste ex ipsa vereda que ibi iacet ad supra; et de quanto vino de ipsis predictis vineis exierit, persoluta decima eiusdem vini ecclesie Sancti Iuliani de Asnois, detur fideliter quarta in torculari illi qui vices Sancti Iacobi super predictam possessionem tenuerint in perpetuum. Tu vero Fernandus, monachus, ad separacionem tuam de ipsa ecclesia Sancti Iuliani de Asnois, tam de morte quam de vita, libere habeas tres quartas de omnibus vineis quas in predicto loco laboraveris et plantaveris in pace sine aliquid impetitione mea aut alterius qui

24. A continuación una cruz y en las cuatro partes *ab/bal/i/sse*.

vices Sancti Iacobi tenerint, tu et vox tua in perpetuum sincere et alii qui ipsas vineas ibi laboraverint et plantaverint debent habere. Addicimus etiam quod tu et omnis qui domos construere volueritis ex burgo qui constructus est de novo ultra ipsum pontem de Asnois in antea circa ipsam stratam, construatis ibi domos et habeatis eas vos et vox vestra in perpetuum, cum suis cortinis quales vicarius capituli Sancti Iacobi nobis per suos terminos et dividerit et fortasse in ipsis cortinis vineas plantaveritis, faciatis de illis forum quod et de aliis superius nominatur; et de singulis domibus quas ibi construeritis persolvatis annuatim III solidos voci Sancti Iacobi in pace, quibus persolutis, sint ipse domus libere ab omni alio foro, preter quod qui in nominatis domibus morati fuerit persolvant talem vocem et niliziam²⁵ qualem alii persolvunt qui in ipso cauto morantur. Si vero predictas hereditates aut partem earum vendere vel suppignorare seu etiam pro animabus vestris donare volueritis, totum istum Beato Iacobo faciatis, excepto si succcesso vestra una ab alia voluerit emere vel suppignorare; si autem vox capituli Beati Iacobi de vobis vel de voce vestra iamdictas hereditates vel partem earum emere vel suppignorare noluerit per laudacionem bonorum hominum vos licenciam habeatis vendendi vel suppignorandi in talia persona unde capitulum Beati Iacobi quod suum est habeat in pace liberum et quietum.

Quod nisi complevero aut si contra hoc scriptum ad irrumpendum venero tam ego quam alius in voce mea, quisquis fuerit pariat penam huius placiti superius dictam. Et hoc scriptum perpetuam obtineat fortitudinem.

Ego iamdictus in hoc scripto manus meas roboro.

Ego magister ecclesie Compostellane /decanus/ subscribo; ego Laurentius, eiusdem ecclesie cantor, subscribo; ego Iohannes, cardinalis, subscribo; ego Didacus, cardinalis, subscribo; ego Fernandus Guilielmi, canonicus, cf.; ego Petrus Ordonii, cf.; ego Petrus Munionis, subscribo; ego Martinus Petri, Rubes, subscribo; ego Michael Affonsi, subscribo; ego Recinendus (sic) Arnaldi, canonicus, cf.; ego Martinus Petri, diaconus, cf.; ego Petrus, archidiaconus, subscribo; ego Martinus Iohannis, iudex, subscribo; ego Bernaldus, archidiaconus, cf.; ego archidiaconus Petrus Cantel, cf.; ego Iohannes Adefonsi, canonicus, cf.

Lupus Arie, Compostellanus notarius, scripsi.

8

1191, julio, 25. Santiago (San Paio)

[Seavia]

El abad de Seavia Diego Ordoñez da a Pedro Arias las partes que tiene en las iglesias de San Xoan de Recesende, San Simón de Cacheiras y San Miguel y San Pedro de Sarandón.

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tumbo C-1, fols. 86 v.-87 r.

Sub Christi nomine. Ego Didacus Ordonii, Dei gratia de Siavia abbas, et omnis vox mea, tibi Petro Arie, dicto Calciato, omnique voci tue facio textum scripture firmitatis et cartam donacionis de omnibus meis porcionibus ecclesiarum Sancti Iohannis de Recesendi et Sancti Symeonis de Aonis filius eius (sic) Michaelis de Sarandon et Sancti Petri de Sarandon, que porciones mihi veniunt ex parte avie mee Sancie Astariz et patris mei Ordonii Ordonii, filii eius et avunculi mei abbatis domni Didaci Ordonii de Siavya; et propter omni estas supradictas portiones iamdudum tenebam mediam VIII^{am} Sancti Iohannis de Calo quam tibi dederam, transactis iam annis XX, in prestimonio, nunc autem pro servicio quod mihi fecisti, facio cartam donacionis et confirmaciones in capitulo Sancti Pelagii de Antealtaribus, coram abbate ipsius monasterii et omnibus monachis; abhinc habeas, possideas, doneas, facias de illis totam tuam voluntatem imperpetuum.

25. Probablemente por *nil aliam*.

Si quis tamen propincus sive extraneus contra hanc kartam donacionis ad irrupedum venerit vel venero, quisquis ille fuerit usque in septimam generationem sit maledictus et excommunicatus et quantum calumpniaverit in duplo vel triplo componat, et tibi perpetim portiones predictas habituras, et insuper pariat solidos M^o. Et hec carta semper obtineat vim.

Facta carta donacionis et confirmacionis sub era M.^a CC.^a XX.^a VIII.^a, et quotum VIII kalendarum augusti.

Ego iamdictus Didacus Ordoniz de Siavia abbas in hac karta donacionis manus nostras roboro.

Qui presentes fuerunt: Suerius Pelagii, noatarius, iussione prioris domni Munionis Iohannis.

1201, julio, 30.

[Carbia]

El prior de San Xoan de Carbia Pedro Alfonso vende al subdiácono Pedro Eanes cuanta heredad tiene en Pardiñas de Arriba y de Abajo, en San Martín de Laraño, por trescientos sueldos.

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tumbo C-1, fol. 109 r.-v.

In nomine Domini. Ego Petrus Affonsi, monasterii Sancti Iohannis de Cavea prior, una cum omni eiusdem monasterii canonicorum conventu et omnis vox nostra, vobis Petro Iohannis, subdiacono, dicto de Pardinias, omnique voci vestre, grato animo et spontanea voluntate, facimus cartam vendicionis et textum scripture firmitatis imperpetuum valiturum de tota nostra hereditate quantam habemus in ipsis villis que vocantur Pardinias Inferiori scilicet et Superiori, que sunt in concurrencia Sancte Eolalie de Laranio; et fuit ista predicta hereditas nostra quam vobis vendimus Iohannis Pereireth, canonici nostri, qui eam monasterio nostri secum dedit. Hanc ergo totam nostram predictam hereditatem quantam scilicet habemus in Pardinias Inferiori et Superiori ex parte predicti Iohannis Peyreth et ab hominibus partibus, vobis ab integro vendimus et libere ac firmiter concedimus cum omnibus suis directuris et bonis eidem hereditati pertinentibus intus et extra, idest montibus, fontibus, aquis, arboribus, casalis, pratis, pascuis, rivis, rivulis, exitibus et regressibus et per ubicumque eam in predictis locis pro nobis et pro voce nostra potueritis invenire, tam prope quam longe, pro precio nobis et vobis bene complacabili, idest solidos CCC fortis monete, complacabili robore, et tam de precio quam de robore nichil remansit apud vos indebito ad solvendum. Abhinc igitur habete eam, possidete, velle vestrum de ea usque in secula seculorum facite.

Si quis ex parte nostra aut ab extranea contra hoc nostrum voluntarium factum ad irrupendum venerit vel venerimus, quisquis fuerit pariat vobis vel pariemus ipsam hereditatem predictam duplatam vel triplata et insuper solidos DC. Et hoc nostrum voluntarium factum perpetuum obtineat robor.

Facto scripto huius vendicionis die X.^o nonas iulii, era M.^a CC.^a XXX.^a VIII.^a.

Nos iam dicti in hoc scripto manus nostras roboramus.

Qui presentes fuerunt: Ego Petrus Adefonsi, prior Sancti Iohannis, cf.; domnus Galabrunus, cf.; Michael Arie, tenderius, cf.; Felix Martini, alfayate, cf.; Arias Petri, esmerador, cf.; Stefanus Petri, cambitor, cf.; Rudericus Petri, tenderius, cf.; ego Petrus, dictus Mille; ego Petrus, presbiter, Benenatum dictus, cf.; ego Ramirus, presbiter, canonicus, cf.; ego Munio, presbiter, cf.; ego Martinus Ruderici, presbiter, cf.; ego Petrus dictus prior et sacrista, cf.; ego Vilielmus Petri, presbiter, cf.; ego Fernandus Pelagii, canonicus et diaconus, cf.

Ego Lupus Arie, Compostellanus notarius, scripsi et cf.

1202, noviembre, 20.

[Bóveda]

La abadesa de Bóveda Urraca Eanes da al dean de Compostela don Fernando el casal que tiene en Cenlle, para la mesa capitular.

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tumbo C-2, fol. 193 v.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Ego Urraca Iohannis, monasterii de Boveda abbatissa, et omnis vox mea, vobis domno Fernando, Sancte Compostellane ecclesie decano, et universo eiusdem ecclesie canonicorum conventui omnique voci vestre, grato animo et spontanea voluntate, facio cartam donacionis et textum scripture firmitatis in perpetuum valiturum de uno meo casali que habeo ex parte patris mei domni Iohannis Arie et matris mee domne Urrace Fernandiz, in villa que vocatur Zaelli, in terra de Castilla, in concurrencia Sancte Marie de Zaelli, in quo scilicet casali moratus fuit Michael Roderici et modo moratur ibi Oduarius Habent (*sic*). Ergo prenominatum casalem dono et offero Deo et beato Iacobo et vobis, cum omnibus suis directuris et bonis eidem casali pertinentibus, intus et extra, pro anima mea, ita scilicet quod omnes fructus seu proventus qui de iam dicto casali exierunt semper habeatis ad opus communis mense vestre in perpetuum.

Si quis ex parte mea vel ab extranea contra hoc meum spontaneum factum ad irrumpendum venerit vel venero, quisquis fuerit pariat vobis vel pariam ipsum predictum casalem duplatum vell triplatum et insuper CC morabetinos. Et hoc scriptum semper maneat in robore firmum.

Facto scripto huius donacionis die XII.º kalendas decembris, sub era M.ª CC.ª XL.ª.

Ego iamdicta Urraca Iohannis in hoc scripto manus meas roboro.

Qui presentes fuerunt: Michael Didaci, cf.; Arias Martini de Rua Nova, cf.; Martinus Bernardiz, cf.; Iohannes Petri, cf.; Peironeth, cf.; Marchus Vilielmiz, cf.; Salamon de Rua de Vilari, cf.; Iohannes Cotogio, cambitor, cf.; Petrus Iohannis, cambitor, cf.; Petrus de Nuzeda, cf.

Ego Lupus Arie, Compostellanus notarius publicus et iuratus, subscripsi, Iohannes Fernandi, clerico, de mandato magistri sui Lupi Arie, Conpostellani notarii, scripsit et cf.

1209, enero, 22.

[Caaveiro]

El prior de Caaveiro Pedro Crescóniz hace pacto con el canónigo compostelano Raimundo Arnaldi sobre una casa en Santiago.

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tumbo C-2, fol. 234 r.-v.

Era M.ª CC.ª XL.ª VII.ª, et quotum XI kalendas februarii. Hanc presenti paginam omnibus notificetur quod ego Petrus Cresconii, prior monasterii Sancti Iohannis de Caaveyro, una cum omnibus conventu eiusdem monasterii vobis domno Reymundo Arnaldi, ecclesie Beati Iacobi canonico, facimus pactum et placitum firmum in solidos D roboratum ita quod damus vobis ipsam nostram casam de Compostella que stat inter domum que fuit Petri Pardi et domum Alfonsi Petri, canonici, et in directo ipsius curralis que fuit decani domni Martin ut teneatis illam cum suis directuris in omni in vita (*sic*) mea et habeatis lucronem de illa et mittatis

in refectione eius solidos CC, et nos recipiamus vos in familiarem et canonicum nostrum; et statuimus vos participem et (*sic*) beneficiis et orationibus ipsius monasterii oraturi²⁶ pro vobis tam in vita quam post mortem et in die in quo advenerit deposicio vestra faciamus pro vobis anniversarium in unoquoque anno sicut pro unoquoque ex nobis, ad obitum vero vestrum pre-nominata domus vestra cum sua refectione ad ius et dominium nostrum pleno iure redeat in pace et sine ulla contradictione.

Quisquis hoc pactum infringere temptaverit sit maledictus et pectet penam placiti ipsius superius dictam, hoc tamen placito in suo robore permanente.

Nos iam dicti in hoc placito manus nostras.

His actis vocati et rogati testes interfuerunt: Ego Eleozar (*sic*), canonicus, subscribo; ego Iulianus, archipresbiter, cf.; ego Iohannes Pelaiz, presbiter, cf.; ego Iohannes Arie, diaconus, cf.; Petrus Muniz, aurifex, cf.; Affonsus Ruderici, cf.; Fernandus Fernandi, cf.; Martinus Pelaiz, cf.

Suerius Pelagii interfui et scripsit.

12

1218, febrero, 3.

[San Martín Pinario]

El abad de San Martín Pinario don Martín, hace pacto con el canónigo cardenal de Santiago don Pelayo Pérez, roborado en quinientos sueldos, por el que le da en prestimonio el agua de San Esteban para que la canalicen, pero dejando la suficiente que llegue al clérigo de San Esteban de Covas.

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tumbo C-2, fol. 207 v.-208 r.

Era M.^a CC.^a LVI.^a et quotum III.^o nonas februarii. Ego donnus Martinus, monasterii Sancti Martini de Foris abbas, una cum omni eiusdem monasterii monachorum conventu et vox nostra, vobis domno Pelagio Petri, Compostellane ecclesie cardinali, omnique voci vestre facimus pactum et placitum et convencionem atque etiam scripturam donacionis firmissimam in solidos D roboratam et in perpetuum valituram, ita quod nos damus vobis in prestimonio totam illam nostram aquam Sancti Stephani ut vos defecatis eam per vestram et nostram hereditatem usque ad villam vestram de Covas et inde ubi volueritis, ita tamen quod recipiant inde antea clerici nostri ipsius ecclesie Sancti Stephani partem de ipsam aquam vel totam ad suam suficienciam dum illam necesse habuerint; et nullam super eam nobis faciatis forciam, quam si feceritis nobis illam per capitulum nostrum emendatis.

Quod si nos vel aliquis ex parte et voce nostra contra hoc scriptum ad irrumpendum venerit, quisquis fuerit pectet penam superius dictam. Et hoc scriptum semper sit firmum.

Ego dompnus Munio Munionis, abbas Sancti Martini, cf.; Fernandus Gundisalvi, prior, cf.; ego Iohannes Pelagii, nominatus²⁷ Sancti Martini, cf.; Didacus, monachus, dictus Abbas, cf.; ego Petrus Calvus, nominatus, cf.; ego Didacus Ranemirit, cf.; domnus Aprilis Sabastiani, cf.; domnus Adefonsus Petri, cf.; domnus Adefonsus Munionis, cf.; Iohannes Petri, campsor de civitate dictus, cf.; Marquesius, campsor, cf.; domnus Arias Petri de Atrio Sancti Michaelis, cf.

Ego Pelagius Martini, clericus, interfui et scripsi.

26. En el texto *orati* seguido de un signo inconcreto que puede interpretarse como una mala transcripción del de -ur.

27. Seguramente por *monachus*, y así en los demás casos.

1228, enero, 18.

[Armenteira]

El abad de Armenteira y otros venden al arzobispo de Santiago don Juan una heredad en San Salvador de Coiro por noventa y dos sueldos.

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tumbo C-2, fol. 204 v.

In Dei nomine. Notum sit omnibus quod nos domnus abbas Armentarie, pro me et conventu ipsius monasterii, dompnus Martinus Fernandi, milles de Baen, in voce et nomine filie mee Urraca Martini, absentes Arias Petri, dictus Maurus, Petrus Petri, dictus Maurus, Rodericus Laurencii et Fernandus Petri, dictus Picadus, milites, Maria Iohannis, in voce filii mei Gomecii Petri et filie mee Sancie Petri, absentium, Gomecius Fernandi, armiger, dictus Picadus, et Petrus Iohannis de Birilli, in voce et persone uxoris mee Maioris Fernandi et domnus Petrus, milles, dictus Male Danatus, venditor de quanto habet ex parte Fernandi Martini, clerici de Tauron, omnes presentes et concedentes, pro nobis et omni voce nostra, sponte nostra, vendimus ac firmiter concedimus vobis domno Iohanni, Dei gratia Compostellanno archiepiscopo, quantam hereditatem et planctatum et directuram habemus et habere debemus in presenti nos et isti supradicti pro quibus vendimus in Inter Ambos Rivos, prope palatium vestrum; et hec venditio est in collatione Sancti Salvatoris de Coyro. Vendimus inquam pro LX^l.^a II.^o sólidos legionenses, de quibus sine ulla excepcione confitemur et recognoscimus nos iam esse paccatos perfecte, et per omnia bona nostra habita et habenda tenemur amparare vobis et voci vestre dictam vendicionem quam vos et omnis vox vestra de cetero habeatis et pascifice (*sic*) possideatis dominium cuius (*sic*) et possessionem a novis removemus et ius et possessioni vestre amplicando faciatis de illa omne velle vestrum de omni tempore.

Si quis igitur contra hanc vendicionem venerit ad frangendum pectet vobis vel voci vestre duplum calupnie cum duplo denariorum. Carta et vendicione istis nichilominus in suo robore permanentibus.

Facta XV.^o kalendas februarii, in era M.^a CC.^a LXI.^a.

Huius rei testes: domnus Alfonsus Petri, civis Compostellanus; magister Vitalis, iudex eiusdem; domnus Pelagius Menendi, miles; Garsias Roderici, perticiarius.

Ego Martinus Arie, notarius de Ponteveteri iuratus, interfui, scripsi et confirmo.

1231, abril, 29.

[Cornado]

Jimena Ordóñez, «freyra» de San Tirso de Cornado, da al arcediano de Santiago Juan Raimundi lo que tiene en la iglesia de San Estebo do Campo.

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tumbo C-1, fols. 143 v.-144 r.

In nomine Domini, amen. Quam multociens audivi laycos peccatum grande facere qui ecclesias possident et dividunt. Ideo ego Eximena Ordonii, freyra de Sancto Tirso in Coronato, et omnis vox mea, grato animo et spontanea voluntate, do et dono archidiacono domno Iohanne Reymundi omnique voci sue quantum habeo in ecclesia Sancti Stephani de Campo, quod habeo ex parte matris mee Sancium (*sic*) Petri et avi mei iudicis domni Petri Stephani de Campo. Abhinc ergo usque in secula seculorum predictus archidiaconus integre habeat et pacifice

possideat quantum habeo in predicta ecclesia, cum omnibus suis directuris eidem, intus ex extra pertinentibus ubicumque fuerint, ita quod omne velle sum de eis imperpetuum faciat.

Si quis igitur contra hanc donacionem et donacionem meam ad irrumpendum venerit, quisquis fuerit persolvat sepedicto archidiacono solidos C fortis monete. Carta et donacione nichilominus in suo robore permanentibus.

Facta carta III kalendas maii, sub era M.^a CC.^a LX VIII.

Ego iamdicta in hac carta manus meas.

Qui presentes fuerunt: Martinus Petri de Hospitali, presbiter; Rodericus Affonsi, frater Hospitalis Beati Iacobi; Iohannes Roderici de Sancto Tirso, subdiaconus; Petrus Fernandi de Fager, clericus; Petrus Bonus de Canogio, petrarius.

Ego Martinus Iohannis, notarius concilii Compostellani iuratus, scripsi.

15

1250, mayo, 30.

[Arnois]

El prior del monasterio de Arnois Sisnado y otros venden a Juan Fernández, llamado Rapado, por treinta y dos sueldos, la parte que les correspondía en la villa de Padrón, en Santo Tomé de Ames.

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tombo C-1, fol. 121 v.

In nomine Domini amen. Notum sit omnibus quod nos domnus Sesnandus, prior monasterii de Annoes, et Arias Petri de Annoes, miles, fratres, et soprinus noster Iohannes Petri de Rua Nova, pictor armorum, civis Compostellanus, pro nobis et pro omnibus fratribus et soprinis nostris absentibus et pro omni voce nostra et sua, grato animo et spontanea voluntate, vendimus et firmiter concedimus vobis domno Iohanni Fernandi, dicto Rapato, comparanti pro vobis et pro uxore vestra domna Maiore Didaci omnique voci vestre, pro solidos XXX.^a II legionenses, de quibus confitemur nos iam esse paccatos de vobis, renunciantes excepcioni ipsius precii non numerati et traditi nobis, totam illam hereditatem quantamcumque pater noster domnus Petrus Iohannis de Villari Trigueyro habebat de avolencia et de ganancia in villa de Padron, que est in filigresia Sancti Thome de Oyannes et etiam in tota ipsa filigresia. Et est ipsa hereditas medietas de una tercia de octo nonis de medietate ville de Padron supradicte, et si magis predictus pater noster in predicta filigressia habebat tam de avolencia quam de ganancia totum vobis vendimus sub precio supradicto. Et etiam donamus vobis et promittimus bona fide hereditatem istam vobis amparare de impeticione omnium hominum per nos et per omnia bona nostra quilibet nostrum in solidum. Abhinc igitur supradictam hereditatem pertinentibus per suos terminos vos et vox vestra integre habeatis et pacifice possideatis cum casis, casalibus, arboribus, pardinariis et omnibus aliis directuris ad eandem hereditatem pertinentibus per suos terminos et divisiones antiquas ubicumque fuerint et omne velle vestrum de eis imperpetuum faciatis, quia de precio et de robore apud vos non remansit aliquid persolvendum.

Si quis igitur/ contra hanc vendicionem sive donacionem venerit pectet vobis vel voci vestre solidos LX.^a IIII fortis monete. Carta vendicione et donacione nichilominus in suo robore permanentibus.

Facta carta III kalendas iunii, sub era M.^a CC.^a nonagesima.

Nos iamdicti in hac carta manus nostras.

Qui presentes fuerunt: Iulianus Petri, morator de Petrono; Iohannes Laurencii de Ciquie-lo; Dominicus Iohannis, dictus Sculfeyrus, zapatarius de Camino; Dominicus Pelaiz de Ouzenda, presbiter; Fernandus, homo domini archiepiscopi.

Ego Iohannes Pelagii, publicus notarius Compostellanus iuratus, interfui, scripsi et cf.

1250, mayo, 30.

[Arnois]

El prior del monasterio de Arnois, Sisnado, y otros hacen pacto con Juan Rapado, roborado en sesenta y cuatro sueldos, ratificándose en la venta que le hicieron de la heredad de Padrón, en Santo Tomé de Ames.

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tumbo C-1, fol. 121 r.-v.

Era M.^a CC.^a LX^L.^a et quotum III kalendas iunii. Nos domnus Sesnandus, prior monasterii de Annoes, et Arias Petri de Annoes, miles, fratres, et soprinus noster Iohannes Petri, pictor armorum de Rua Nova, pro nobis et pro omni voce nostra, facimus pactum et placitum fir-
mum in solidos LX.^a IIII.^{or} roboratum vobis domno Iohanni Fernandi, dicto Rapato, pro vobis et pro uxore vestra domna Maiore Didaci omnique voci vestre ita quod obligamus nos vobis et quanlibet nostrum in solidum et omnia bona nostra ad amparandum vobis et voci vestre hereditatem illam de villa de Padron et de filigresia Sancti Thome de Oyanaes, quam vobis modo vendidimus per cartam, sicut in ea continetur amparandum in quam de impetitione omnium fratrum et soprinorum nostrorum et omnium aliorum hominum. Et hoc bona fide promittimus adimplere.

Si contra hec venerimus pectemus vobis penam supradictam, placito in suo robore permanente.

Qui presentes fuerunt: Iulianus Petri, morator de Petrono; Iohannes Laurencii de Ciquiello; Dominicus Iohannis, dictus Sculfeyrus, zapatarius de Camino; Dominicus Pelaiz, presbiter de Ouzande; Fernandus Martini, homo domini archiepiscopi.

Ego Iohannes Pelagii, publicus notarius Compostellanus iuratus, interfui, scripsi et cf.

1255, enero, 27.

[Conxo]

El arzobispo de Santiago, don Juan, da en tenencia vitalicia a la abadesa de Conxo Elvira Rodríguez, una heredad en Abanqueiro que había sido de su hermano Gonzalo Rodríguez.

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tumbo C-1, fol. 135 v.

Era M.^a CC.^a LX^L.^a tertia et quotum VI.^o kalendas februarii. Notum sit omnibus quod nos Iohannes, Dei gracia archiepiscopus Compostellanus, pro nobis et pro omni voce nostra, vobis domne Elvire Roderici, abbatisse de Canogio, omnique voci vestre damus et donamus in vita vestra de datu nostro ad tenendum de nobis et pro nobis et de iuri nostro illam nostram hereditatem de Insula de Avanquerio, que fuit vestra quondam fratris vestri domni Guncalvi Roderici, que tota hereditas est ecclesie Sancti Iacobi; et ad mortem vestram nobis et predictae ecclesie vel voci nostre in pace devolvatur tam illa que fuit vestra quam ea que fuit dicti fratris vestri.

Si quis contra hoc venerit pectet vobis vel voci vestre morabitos centum, carta hac in suo robore permanente.

Qui presentes fuerunt: magister Michaelis, iudex Compostellanus; domnus Petrus Sardina de Petrono; Petrus Rabinadiz de Synis; Nunus Iohannis, presbiter de Villalonga; Fernandus Martiniz de Vameo; Pelagius Pelagii, miles, dictus Soga; domnus Petrus Vitalis; Iohannes Guilelmi, miles de Cauto; Fernandus Martini Guerra, presbiter de Campaya.

Ego Pelagius Martini, iuratus notarii Petroni, interfui et notui.

1260, agosto, 16. Santa María de Oia.

[Oia]

El abad de Oia Pelayo vende a Alfonso Peláez, en nombre de arzobispo de Santiago, un casal en «Ermeendi» por setecientos cincuenta sueldos.

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tumbo C-2, fols. 206 v.-207 r.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Notum sit omnibus quod nos Pelagius, abbas monasterii de Oya, Ordinis Cisterciensis, Tudensis diocesis, cum consensu conventus nostri, sponte nostra et animo volenti, vendimus et firmiter concedimus in perpetuum vobis Alfonso Pelagii, comparanti in voce et nomine²⁸ Iohanni, Dei gracia Compostellani archiepiscopi, et omnium successorum eius illud casale quod nobis legavit Fernandus Petri, dictus Granno, miles, in Ermeendi, in filigresia Sancti Christophori de Ermeendi et quicquid magis ibi habemus, cum hereditatibus et in plantatibus et in devesis et in vineis et in domibus et in campis et in montibus et in fontibus, pro precio quod nobis et vobis complacuit, videlicet pro DCC L solidos legionenses, de quibus confitemur et recognoscimus nos iam esse perfecte paccatos, et renunciamus excepcioni non numeratorum et non tradite pecunie, et transferimus in vos nomine et voce dicti domni archiepiscopi et successorum eius ius et proprietatem predicti casalis et tocuis predictae vendicionis. Et promittimus dictum domnum archiepiscopum et successores suos defendere per omnia bona habita et habenda predicti monasterii cum dicti casali et cum tota predicta vendicione de qua dictus domnus archiepiscopus et omnes successores sui faciant de cetero totam voluntatem suam in perpetuum.

Si quis umquam dictum domnum archiepiscopum vel successores suos super hoc inquietaverit aut contra hanc cartam vel vendicionem venerit ad frangendum, pectet domno archiepiscopo supradicto et successoribus suis predictum precium duplatum. Carta et vendicione istis nichilominus in suo robore permanentibus.

Facta VII.º kalendas septenber, apud monasterium supradictum, in era M.ª CC.ª LXL.ª VIII.ª.

Isti sunt testes: Petrus Iohannis de Tebra; Petrus Iohannis, dictus Botom; Petrus Petri, dictus Caravelo; Petrus Martini, faber dicti monasterii; Gonsalvus Gonsalvit et Iohannes Iohannis et Iohannes Gunsalviz, monachi eiusdem monasterii; Fernandus Fernandi, eiusdem monachus; domnus Vital, clericus de Bayona; Iohannes Petri, dictus Caridade, eiusdem clericus; Iohannes Petri, cellerarius predicti monasterii; Petrus Fernandi, homo eius; Garsias Roderici, homo domni E.,²⁹ Tudensi episcopi.

Ego Petrus Petri, notarius de Redondella iuratus, interfui et scripsi et confirmo.

28. Repetido *nomine*.

29. Quizá *Egidius*, si bien el obispo de Tui en este año era Gil Pérez de Cerveira.

1308, julio, 26.

[Bonaval]

Constanza Fernández vende al prior de Bonaval, Juan Miguélez, una huerta y una casa en la parroquia de San Miguel de Santiago por mil doscientos cincuenta sueldos.

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tumbo C-1, fol. 90 r.-v.

In nomine Domini, amen. Era M.^a CCC.^a quadragesima sexta et quotum VII.^o kalendas augusti. Notum sit omnibus quod ego Costancia Fernandi, uxor quondam Roderici Gundisalvi, dicti Marino, pro me et pro omni voce m[e]a, vendo et firmiter concedo vobis fratri Iohannis Michaelis, priori, et conventui monasterii Predic[ati]torum Compostellane civitatis, illam ortam que iacet de postigoo de Fonti Salti quam habeo ex parti patris mei quondam domni Fernandi Martini de Tudela et de ganancia et de empzione et de concambiis que feci cum sororibus et fratre meis. Vendo inquam cum illa domo que stat iusta murum civitatis intus in civitate, in qua modo morantur Iohannes Petri et Catharina, uxor sua, inquam vendo cum suis formalibus, pertinenciis et directuris et terreno sicut vadit ferire in muro civitatis, pro morabitinis mille ducentis quinquaginta de solidos octo quolibet morabino in ista moneta regis domni Fernandi, de quibus confiteor me esse paccatam, et renuncio omni excepcioni dicte pecunie mihi non numerate et tridite (*sic*), et debeo vos cum predictis amparare per me et per omnia bona mea et de cetero faciatis inde totam vestram inperpetuum voluntatem; et si magis valent do et dono vobis in donacione et pro anima dicti viri mei, et ab dico a me et ab omni voce mea omne ius, dominium, possessionem et proprietatem omnium predictorum et in vos transfero per presentem cartam.

Si quis igitur contra hanc vendicionem meam venerit, quisquis fuerit pectet vobis penam dupli pecunie supradicte. Carta ista in suo robore duratur[a].

Qui presentes fuerunt: Arias Petri, Laurencius Petri de Parada Canay; Iacobus Dominici; Pasquasius Fernandi, clericus de Lantae; Petrus Michaelis de Baltar; Dominicus Iohannis de Loureda; Iullianus Martini de Tudella; Fernandus Iohannis de Cana.

Ego Gundisalvus Iohannis, notarius concilii Compostellani iuratus, interffui et cf. et meum nomen et signum appono et de mandato meo infrascriptus Martinus Petri scripsit. Ego Martinus Petri, de mandato Gundisalvi Iohannis, notarii iurati Compostellani, scripsi.

1309, febrero, 14.

[Bonaval]

Constanza Fernández da a Bonaval la mitad de una casa en la feligresta de San Miguel de Santiago, para la construcción del monasterio de Belvís.

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tumbo C-1, fol. 105 v.

In nomine Domini, amen. Era M.^a CCC.^a quadragesima septima et quotum XVI kalendas marci. Notum sit omnibus quod ego Costancia Fernandi, uxor quondam Roderici Gundisalvi, dicti Marini, in remedio anime mee et dicti viri mei, pro me et pro omni voce mea, do et dono donacione perpetua inter vivos, sicut donacio melior et validior esse potest, prior et conventui Bone Vallis, Ordinis Predicatorum, medietatem meam illius domus, cum sotolis, solliis et omnibus aliis suis directuris, que stat ad ousiam (*sic*) ecclesie Sancti Michaelis de Cisterna,

et tenet se per parietem cum domibus Fernandi Martiniz de Iavestre de uno latere, et intextat (*sic*) similiter in pariete dictarum domorum dicti Fernandi Martiniz et in congrua qua itur ad ruam de Algara, et habet ingressum versus cimiterium ecclesie predictae Sancti Michaelis, cuius domus alia medietas est monasterii Saris. Do inquam illam eis ad construendum monasterium in Belvis vel ad utilitatem ipsius loci vel monasterii Bone Vallis. Et promitto in vita nec in morte dictam donacionem non revocare per me nec per alium, in iudicio nec extra, per iuramentum quod inde facio ad Sancta Dei Evangelia in presenti, et de cetero prior et conventus predicti faciant priorem et conventum transfero per tradicionem istius presentis carte quam inde sibi fieri facio et eam eis trado in presencia notarii et testium subscriptorum.

Si quis igitur contra hanc donacionem meam venerit, quisquis fuerit pectet monasterio Bonevallis mille morabitanos fortis monete pro pena. Carta et donacione istius nichilominus in suo robore permanentibus.

Qui presentes fuerunt: Dominicus de Saltu; Egidius Rengelles; Laurentius Petri de Parada Canay et Bernardus Dominici, clerici.

Ego Gundisalvus Iohannis, notarius concilii Compostellani iuratus, interfui et confirmo et de mandato meo infrascriptus. Ego Arias Petri interfui et de mandato dicti notarii scripsi.

1312, marzo, 12.

[Bonaval]

Sancha Martínez da a fray Lope Bermúdez, subprior de Bonaval, la parte que tiene en el horno de San Miguel, de Santiago.

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tumbo C-1, fol. 78 r.

In nomine Domini, amen. Era M.^a CCC.^a quinquagesima et quotum XII die mensis maii. Notum sit omnibus quod ego Sancia M[a]rtini, filia quondam Martini Iuliani de Tudella et uxoris sue Marie Arie, pro me et pro omni voce mea, non vy coacta nec dolo seduta (*sic*), sed grato animo et spontanea voluntate, do et dono et firmiter concedo in donacione vobis fratri Lupo Veremundi, subpriori conventui Bonevallis, civitatis Compostellane, nomine prioris et conventus eiusdem monasterii, quantam partem et directuram ego habeo ex parte dicti patris mei in illo furno de Sancto Michaeli, quod habeo cum fratribus meis Iuliano Martini de Tudella et Martinno Martini, canonico Compostellano. Qui furnus modo iacet distructus et que se tenet ex una parte per parietem cum domo Gundissalvi Iohannis, notarii Compostellani, et ex una parte tenet se similiter per parietem cum domo Iacobi Bernardi, camporis, et Marie Fernandi et Alfonsi Fernandi. Do inquam cum omnibus suis directuris eidem furni pertinentibus et pertinere debentibus intus et extra, ita quod de cetero ipsum monasterium faciat de dicto quinione dicti furni totam suam imperpetuum voluntatem. Et hoc facio vobis in remedio anime mee et pro multo bono et adiutorio quod ab ipso monasterio recepi et ratione cuiusdam domnarum quas ego habui a domna Maria Martini, dicta Qui Venit, quas vos et dicti prior et conventus mihi quitastis. Et promitto contra hanc donacionem non venire per me nec per alium in iudicio nec extra sub pena quingentorum morabitanorum eidem monasterio solvendorum si contravenero.

Si quis igitur contra hanc donacionem meam venerit, quisquis fuerit pectet dicto monasterio penam predictam; abnucione ista nichilominus in suo robore perpetu duratura.

Qui presentes fuerunt: Martinus Iohannis, clericus d-Asnoys; Iohannes Parisii, mercator de Algara; Iohannes Martini, Alfonsus Petri, scriptores.

Ego Andreas Petri, notarius Compostellanus iuratus, interfui et confirmo et signum meum apono, et de mandato meo infrascriptus Iohannes Martini scripsit. Ego Iohannes Martini, de mandato dicti notarii, scripsi.

1313, enero, 16.

[Bonaval]

Constanza Eanes de al prior de Bonaval fray Lopo la sexta parte del horno de la "Quinta Pelliporum».

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tumbo C-1, fol. 78 r.-v.

C.—BARREIRO SOMOZA, J., *La familia «Martín de Tudela»: Un ejemplo de formación y de desarrollo de la burguesía compostelana en los siglos XII-XIV*, en «Jubilatio: Homenaje de la Facultad de Geografía e Historia a los Profesores D. Manuel Lucas Alvarez y D. Angel Rodríguez González». Santiago, 1987, tomo 1, pág. 124.

Era M.^a CCC.^a quinquagesima prima et quotum XVI.^a die mensis ianuarii. Notum sit omnibus quod ego Costancia Iohannis, filia quondam Iohannis Iuliani de Tudella, pro me et pro omni voce mea, presente viro meo Gomecio Arie et concedente, do et dono et firmiter concedo donacione perpetua inter vivos, sicut donacio melior, utilior et validior esse potest, ab (sic) remedium anime mee et parentum meorum, vobis fratri Lupo Veteri, priori monasterii Bone Vallis, de Ordine Predicatorum, pro vobis et pro conventu eiusde[m], sextam partem totius illius furni de Quintana Pelliperiorum, qui fuit domni Iuliani Martini de Tudella et domne Donzelle Fernandi; et qui furnus se tenet ex una parte cum domo Gundisalvi Iohannis, notarii Compostellani, et filiorum Fernandi Royz, quondam, et ex alia parte exit in congustra. Et de cetero vos et dictum monasterium faciatis de dicta sexta dicti furni totam vestram in perpetuum voluntatem; et ab dico a me et ab omni voce mea omne ius, dominium, possessionem et proprietatem dicte sexte dicti furni et in vos et in dictum monasterium transfero per tradicionem istius presentis carte.

Si quis igitur contra hanc donacionem meam venerit, quisquis fuerit pectet vobis vel voci vestre pro pena mille morabitanos; donacione isti nichilominus perpetuo duratura.

Qui presentes fuerunt: Petrus Arie de Ca³⁰; Rodericus Gomecii, canonicus Compostellanus, filius predictae Constance Iohannis; Fernandus Martini, clericus Sancti Romani de Zovey; Iohannes Martini, scriptor.

Ego Andreas Petri, notarius Compostellanus iuratus, interffuy et confirmo et signum meum appono, et de mandato meo infrascriptus Iohannes Martini scripsit. Ego Iohannes Martini, de mandato dicti notarii, scripsi.

[s. XIV, primer cuarto]³¹

[Bonaval]

Fernán Crimenço renuncia al arrendamiento que tenían él y su madre del horno de la Algalia, del monasterio de Bonaval.

B.—Santiago, Archivo Catedral, Tumbo C-1, fol. 96 v.

Sabeam todos que eu Fernán Crimenço, fillo que fuy de Crimenço Eanes Foçinos et de sa moller Mayor Domingez, renunço et quito a vos frey Loppo, prior do moesteyro de Bonaval,

30. Quizá pueda interpretarse como *decanus*, ya que en este año era de Arias Pérez Pardo.

31. Podría datarse la escritura entre 1310 y 1313, de ser este fray Lope el que el P. PARDO VILLAR llama fray Lope Bento, prior en 1310, en su *Los dominicos en Santiago*, pág. 239.

en vosso nome *et* do *convento* desse *monesteyro* *pera* sempre a *aquela* *doaçón* *et* *arrendacón* d-aquel forno da *Algara* *que* vos fezérades a *myna* *madre* *et* a *min* *per* *strumento* público feyto *per* *notario*, o qual *strumento* se *apparecer* *non* *valla*, *per* lo qual forno assignara cada *anno* ao *dicto* *monesteyro* *onna* *Donzella* por *renda* *duzentos* *soldos* de *coroados*, *assy* *que* d-aquí *adeante* *vos* *et* o *dicto* *moesteyro* *façades* do *dicto* forno *toda* *vossa* *voontade* *sem* *enbargo* de *min* *et* da *dicta* *mina* *madre* *et* de *nossa* *voz*. *Et* *prometo* *nunca* *vos* *chamar* *nen* *embargar* por *razón* *dessa* *doaçón* *et* *arrendacón* *sobr-ese* forno *en* *juyzo* *nen* *fora* de *juyzo* por *razón* *desse* forno. *Et* *outrossy* *eu* *prior*, por *min* *et* por *llo* *convento* *sobredicto* *outorgo* *et* *prometo* *nunca* *chamarvos* *Fernán* *Crimenco* *nen* *voz* da *dicta* *vossa* *madre* *nen* *vos* *enbargar* *en* *juyzo* *nen* *fora* de *juyzo* por *razón* *desse* forno *nen* do *alugeyro* *nen* da *renda* *que* *vos* *dél* *avíades* a *dar* de *todo* o *tempo* *passado* *ata* *aquí*.

Presentes *Giao* *Martínez* de *Todela* *et* *Domingo* *Eanes* *Focinos* *et* *que* *outorgaron* *ésto* *como* *suso* *diz*.

Et *se* *alguun* de *nos* *contra* *ésto* *veer* *peyte* *aa* *outra* *parte* *quinentos* *morabedís* *por* *pena*; *et* o *strumento* *esté* *en* *sua* *revor*.

Presentes: *Sancho* *Sánchez* *Xarpa*; *Martín* *Beyço*; *Iohan* *Pérez* da *Fonte*, *mercador*; *fre* *Gonçalvo* *Brandonas*; *D.º* *Eanes*, *dicto* *Reposte*.

Ego *Laurencius* *Petri*, *notarius* *iuratus* *Compostellanus*, *interffui* *et* *confirmo* *et* *signum* *m[eu]m* *appono*, *et* de *mandato* *meo* *Martinus* *Petri* *scripsit*. *Eu* *Martín* *Pérez*, de *mandado* do *dicto* *nottario*, *scrivi*.